



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1675. usque ad annum 1681

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119207

§. 59. Francisci Caulet Apamiensis Episcopi oppositio contra Regaliæ jus recens invectum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67305)

Sæc. XVII.

A. C. 1677.

§. LIX.

*Francisci Caulet Apamiensis Episcopi
oppositio contra Regaliæ jus re-
cens investitum.*

*Gallia vin-
dic. p. 180.
Abregé de
l'Hist. Eccl.
tom. 10.
pag. 431.*

Rêcrudit hoc anno contra Regaliæ
usum mota nuper contentio, quæ
ex ipsa quorundam Franciæ Præsulum
oppositione, ac aliorum conniventia
plurimum augebatur; postquam enim
Franciscus Stephanus Caulet Apamien-
sis Episcopus adversus Regalistas Ale-
ctensis Episcopi mandatum Parisios ad
Regis Aulam delatum compererat, ipsæ
etiam violata immunitate Ecclesiasticæ
nonnullos, & præcipue Paucetum
Diæcesis Leonensis Presbyterum vi re-
galium in Diæcesis suæ beneficia in-
trudi cernens, die vigesima septima
Aprilis æquale mandatum promulgare
jussit, hujus tenoris: „Tam Episcopus
„ipsum officium, quo, licet indigni
„perfungimur, quam etiam œcumeni-
„nici Lugdunensis Concilii Decretum
„cujus initium est: *Generali constitutione*
„gravem nobis imponunt necessitatem
„Ecclesiæ nostræ jura tuendi impe-
„diendique, ne Regalia in eas Eccle-
„sias ac Provincias irrepant, quæ hu-
„servituti nunquam obnoxie fuere; idcirco
„nisi censuras a præfato Concilio in-
„tentas

„tentatas incurrere, ac insuper gravi Sæc. XVII.

„Conscientiam nostram delicto obstrin- A. C. 1677.

„gere vellemus, non potuimus ullo

„pacto permittere, ut silentibus nobis,

„ac turpi conniventia defixis, idem jus

„Regaliæ in hanc nostram diæcesin in-

„duceretur; tantoque magis, quia,

„licet in hac nostra diæcesi Regaliæ

„locus aliquis esse posset, quod tamen

„minime concedimus, tamen ad ca-

„thedralem Ecclesiam extendi haud

„posset; quippe quæ ex sua institutione

„regularis est ac reformata, adeoque

„nisi a Deo ad Religiosum statum evo-

„cati, probatique diuturno ac consueto

„tyrocinio, ad nullum canonicatum aut

„dignitatem aliam ejusdem Ecclesiæ

„nostræ cathedralis promoveri possunt,

„quod etiam Pontificio Alexandri VII.

„Regisque diplomate cautum est. Ac

„tandem toto trium annorum cursu,

„quibus huic nostræ Ecclesiæ præfui-

„mus, quamvis indigni, omnia ejus-

„dem Ecclesiæ vacantia beneficia sine

„contradictione, libereque contulimus.

„Ex his igitur aliisque causis, utque

„partibus a Deo nobis impositis deesse

„ne videamur, hisce nostris præsent-

„bus literis capitulis cathedralis, &

„collegiatæ Dominæ nostræ Ecclesia-

„rum districte inhibemus, ne ad bene-

„ficia, locumque in choro, aut capi-

M 4

„tulo